



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

II. Quid sit iustitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

PUNCTUM II.

Quid sit Iustitia?

- 1. *Que iustitia definiatur?*
- 2. *Que sit eius definitio?*
- 3. *Iustitia est virtus specialis.*
- 4. *Qualiter inter patrem, & filium, Dominum, & servum iustitia intercedere possit?*
- 5. *Quo pacto non obligetur filius usurpans bona patris; & uxor mariti declarare in confessione cui iuratum factum sit?*

Explicato Iustitiæ obiecto facile est iustitia naturam explicare. Sed prius præmittimus non esse seimontem de iustitia sumpta pro complexione emittim virtutum. Vti intellexit Christus Dominus, cum dixit Matth. 5. *Beati qui esurunt & sitiunt iustitiam*, & alibi sapē. Ob quam causam Chrysol. hom. 12. in Matth. ait, *Iustitia nihil aliud est quam omnium mandatorum plena custodia*; sed seimontem esse de iustitia cardinali virtute, quæ unicuique debitum per aequalitatem tribuit.

Huius naturam declarat Vlpian. in leg. iustitia, ff. de iust. & iuro: dicens *Iustitia est constantis, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi*, cui consonat D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 1. cum ait. *Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suum unicuique tribuit*. Ad idem est Ambrosius. lib. 1. de officiis. cap. 24. & August. lib. 19. de ciuitate Dei. cap. 21. Sensus igitur huius definitionis est. *Iustitia est habitus quo voluntas libere, firmiter, & in perpetuum intendit ius suum unicuique debitum tribuere ad aequalitatem*. Quod non solum de tributione physica, & reali, sed negatiua intelligendum est, quia ad iustitiam spectat, tum honorem; & pecuniam debitam tribuere, tum ne ea ab alio auferas; quia proximus ius habet ne suis bonis priueretur, nec in illis laedatur. Vnde cum ab iis voluntate abstines, vt proximi ius serues, iustitiam exerces. Ideoque Vlpianus prædictæ definitioni subiunxit iuris præcepta esse *honeste viuere, alterum non ledere, suum cuique tribuere*. Quocirca ad perfectam iustitiam requisitum est ius alteri debitum perfecte, & ad aequalitatem exaquari.

Neque vlli dubium esse potest, habitum inclinancem ad hanc iuris obseruationem, virtutem esse specialem, cum sit res laude digna, & non lenem difficultatem continens, & omnino ab obiecto aliarum virtutum distincta. Nam ab iis virtutibus quæ ius alterius non spectant. Vt sunt Fides, Spes, Charitas, Prudentia, Temperantia, Fortitudo manifesta est distinctio. Ab iis vero quæ ius spectant alterius, quales sunt Religio, Pietas, Obseruantia differt, quia hæc non versantur circa alterum qui sit omnino distinctus cum creaturæ sint Dei, & filij patris, & seruus Domini, & uxor mariti? Neque inter hos potest perfecta aequalitas intercedere. Præterquam quod Iustitia respicit ius alterius debitum absque vlla personarum restrictione. At Religio, ius Deo tantum debitum, Pietas, ius parentum, Obseruantia, ius Superiorum, &c. respicit. Tætor tamen in his rationem debiti restrictiorem esse quam in iustitia, & quæ de causa violans ius debitum Deo, parentibus, & maioribus grauius peccat, quam si violat iustitiæ obiectum.

Hinc Aristot. 5. Ethicor. cap. 6. D. Thom. quæst. 54. art. 4. asserunt non esse iustitiam simpliciter, sed secundum quid inter patrem, & filium, inter Dominum, & seruum, inter maritum, & uxorem, eo quod ad iustitiam simpliciter dictam tria requirantur, nimirum vt sit ad alterum, vt ratio debiti intercedat, vt seruetur aequalitas, quorum primum, & vltimum in prædictis personis perfecte non reperitur: cum hæc persona sibi inuicem sint ita connexa, & dependentes, vt vnus con modum, vel in modum in alterum cedat, ac proinde neque aequalitas perfecta intercedere potest. Neque his obest quod si pater filium occiderit, vel e contra, non peccet contra iustitiam, & ad restitutionem obligetur; peccat vitique, & obligatur est, non qua parte violauit ius debitum personæ interfectæ, nam secundum hanc rationem, pietatem violauit, non iustitiam, sed quia ius Dei, & Reipublicæ interdictionem occisionem propria auctoritate factam laeserunt.

Solum est dubium, An in iis quæ hæc personæ quæ tales sunt sibi inuicem non debent iustitia simpliciter esse possit? Negant Caiet. 2. 2. quæstio. 57. artic. 4. Valen. dissut. 5. quæst. 1. circa finem. Ducuntur, quia filius quantumuis emancipatus semper est aliquid patris, & ad patrem vt ad principium sui refertur. Et idem est de seruo manente seruitute, & de uxore coniugio perseverante. Ergo contractus inter ipsos celebrati a perfecta iustitia deficient, cum non versentur circa alterum omnino distinctum. Et idem

esse videtur de actionibus iniurijs, occisione, vulneratione, contumelia, detractioe &c.

Cæterum verius censio quoad contractus ciuiles, & bonorum distributionem, in quibus sibi inuicem prædicte personæ non pendunt perfectam iustitiam intercedere. Quod docuit Buridan. 5. Ethicor. quæst. 12. Scotus lib. 2. de iustit. quæst. 1. artic. 4. Molina. tract. 1. de iustit. dissut. 7. Layman. lib. 3. sect. 5. tractat. 1. cap. 3. Lessus lib. 2. de iustit. cap. 1. dub. 1. circa finem. Filiucius tractat. 31. cap. 2. quæst. 5. numero 34. & segg. Nam in iis rebus, in quibus sibi inuicem hæc personæ non pendunt, reputantur ac personæ extraneæ, illisque accidentaria est qualitas filiationis, Domini, vel coniugij. Quapropter si Dominus seruum, & maritus uxorem occiderit, vel indebitè vulnerauerit; aut eius periculum rapuerit, iniustitiam committit. At vero si seruus Dominum, & uxor maritum vulnerauerit, eiusque honorem laeserit vltra iniustitiam; obseruationem lædit, quæ virtus ex læsione personæ, sed non bonorum læditur.

Vnde infert Molina. dicta dissut. 7. circa finem, cui etiam parte consentit Layman. dicta cap. 3. num. 4. filium vltimopantem bona patris, & uxorem bona mariti non esse obligatos in confessione declarare, quibus factum factum sit, quia esse factum patri, vel marito factum, potius extenuat culpam, quam illam aggravat. Quod intelligendum est, cum illud factum euident rationis est factum illis personis, ac aliis extraneis. & uxor vero si factum extraneis esset morale, factum vero conuictus esset, veniale, nam tunc explicari debet. Certum namque est factum factum ad filium parenti, vel ab uxore marito non excedere culpam venialem, quia bona patris filio aliquo modo pertinent, & bona mariti uxori, quod factum extraneis factum mortale esset. Et in hoc casu declarati in confessione debet.

PUNCTUM III.

An præter hanc Iustitiam specialem assignanda sit alia generalis, seu legalis?

- 1. *Præter iustitiam specialem assignatur legalis, & quoniam sit eius munus?*
- 2. *Aliquibus placet non esse specialem virtutem, sed complexiorem omnium.*
- 3. *Probabilius est esse virtutem specialem.*
- 4. *Satis sit fundamentum primo oppositum.*
- 5. *Dissoluitur secundum & tertium fundamentum.*
- 6. *Qualiter hæc virtus nuncupanda sit?*

Aristoteles 5. Ethicor. cap. 1. & D. Thom. 2. quæst. 54. art. 5. & segg. quos communitur Doctores sequuntur præter iustitiam superius explicatam, aliam iustitiam generalem, quam legalem vocant assignent, cuius munus est hominem perfecte in ordine ad suam communitatem. Nam quilibet, dum hanc vitam degit, comparari potest ad alterum tanquam ad comparatum, vt comparatur ciuis ad ciuem, & compari potest ad alterum tanquam ad totum cuius ipse sit pars. Si comparatur alterum tanquam ad comparatum iustitia particulari superius explicata perficitur. At si comparatur ad alterum tanquam ad totum, cuius ipse est pars iustitia generali indiget vt perficiatur, quippe indiget completionem omnium virtutum, alias quilibet deficiente rebus cuius esse non potest, & communitas a suis partibus modis legibus hanc perfectionem exigit. Vt explicauerunt D. Thom. & Philosoph. locis citatis. Appellatur autem hæc iustitia legalis; quia legibus bonum commune præscribitur est conformis. Quod vero hic habitus perfectus hominem in ordine ad communitatem sit virtus, pro certo habendum ea, cum sit maxime laudabile, & non leuiter diffinitur quemlibet se ita gerere, suæque actiones, & operationes moderari, vt bono suæ Reipublicæ consulat; sapere namque euenit aliquem sibi bonum esse, cum tamen Reipublicæ bonus non sit. Sicuti animaduertit Philosoph. 3. Politicor. cap. 3. & 5. Ethicor. cap. 1. Præterquam quod quilibet cum eo ipso quod pars est communitatis obligetur illius bonum procurare, etiam commodo proprio postposito. Ergo hæc procuratio & debiti satisfactio opus est laude dignum.

Sed difficultas est, An prædictus habitus sit aliqua virtus specialis a reliquis distincta, & quæ virtus sit? Videtur non esse specialem virtutem, sed complexiorem omnium. Cum ex Philosophi sententia 5. Ethicor. cap. 1. dicitur. *Hæc iustitia non est pars virtutis, sed integra virtus est, & inferus. Quod virtus, & iustitia differunt ex dicto patet. Vtraque enim eadem est, esse tamen extraneæ non potest idem; nam quatenus ad alterum spectat (scilicet ad bonum communitatis) iustitia quatenus talis quid est, habitus simpliciter est.*